

DOCUMENTA

PRIVILEGIUM PAPALE PRO RMO DNO LAMY

PIUS PP. XII

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. Amplissimum faciens de tuis virtutibus apud Nos testimonium tuaque enumerans permulta ac praeclara merita, edocuit Nos dilectus Filius Ubertus Noots, Abbas Generalis Candidi et Canonici Ordinis Praemonstratensis, Te, ejusdem Ordinis Definitorem Generalem sacerdotalibus et religiosis virtutibus in exemplum elucere, et eximio praeditum ingenio, in excolendis tum sacris tum profanis disciplinis, ethicis praesertim et historicis, ita excellere ut et varios libros in lucem edideris et, qua commentariorum historicorum de tuo Ordine auctor et moderator, doctorum virorum laudem consecutus sis, Nobis insuper diceris disertus et efficax Dei praeco necnon et sedulus et prudens Rector tum olim Abbatiae Tongerloensis quae, Te gubernante, maximum suscepit incrementum, tum a Te restituae Abbatiae Leffiensis, in Belgio, quam nunc ita moderaris ut omnes tui et Superiores et subditi maximis Te amore et aestimatione prosequantur. Cum igitur et de Ecclesia et de tuo Ordine optime sis meritis, Abbas Generalis, quem diximus, a Nobis postulavit ut aliquod praemium et benevolentiae Nostrae publicum pignus Tibi tribuere dignaremur. Quibus votis ultra libenterque concedentes, conlatis consiliis cum Venerabili Fratrem Nostro Clemente, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, praesentium Litterarum tenore, auctoritate Nostra apostolica, Tibi, Dilecte Fili, concedimus ac largimur ut, donec vitam vivas ac praeclaudati Ordinis Abbas exstes, Pileolum violacei coloris gestare, servatis de jure servandis, libere liciteque possis ac valeas. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die

VIII mensis Junii, anno MDCCCXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo.

De speciali Sanctissimi mandato.
Pro Domino Cardinali a Secretis Status,
[S] Dominicus Spada,
a Brevibus Apostolicis.

[L. † S.]

Dilecto Filio Hugoni Lamy,
Abbati ex Ordine Praemonstratensi.

JUBILEUM EPISCOPALE EXC. DOM. BREMS

Die 21 Aprilis, celebrabatur in abbazia Averbodiensi, anniversarium vigesimum quintum consecrationis episcopalis Exc. Dom. Brems, ep. tit. Roskildensis, quondam Vicarii Apostolici in Dania (usque ad mensem Jan. 1938). Qua occasione, Cardinalis Praefectus S. Congregationis de Propagande Fide sequentem epistolam misit :

Sacra Congregatio de Propaganda Fide.

E Civitate Vaticana, 8 Martii 1948.

Excellentissime Domine,

Laeto animo rescii Te mense aprili p. v. vigesimum quintum annum esse expleturum ex quo consecrationem episcopalem accepisti. Huius eventus occasione iucundum mihi est Tibi communicare Summi Pontificis gratulationes in audientia diei 4 martii expressas et paternam tibi impertitam benedictionem.

Praeterea Sanctitas Sua benigne Tibi facultatem conferre dignata est ut, quo die Missam pontificalem pro hoc anniversario celebrabis, in fine Missae, adstantibus Benedictionem Suo Nomine impertiri possis, praemonito tamen Ordinario.

Huius autem Augusti Pontificis signo benevolentiae haec ipsa Congregatio de propaganda Fide sua adiungit felicitatis vota, Tibi gratias agens pro omnibus quae in Vicariatu Apostolico Daniae cum studio ad confirmandam rem catholicam operatus es.

Quam plurimum igitur annos fecundos meritorum a Divina Bonitate Tibi ominans, profundi obsequii mei Tibi obtestor sensus, et manere gaudeo.

Excellentiae Tuae Revmae addictissimus in Domino, P. Card. Fumasoni Biondi Praef. C. Costanini, Secr.

ORDONANCE
relative aux Religieuses Tertiaires
Régulières de l'Ordre de Prémontré
dites « Du Mesnil-Saint-Denis »

Nous, Benjamin-Octave Roland-Gosselin par la grâce de Dieu et du Saint-Siège Apostolique, Evêque de Versailles,

Considérant que la situation canonique des Religieuses Norbertines de Mesnil-Saint-Denis n'a jamais réellement été défini et qu'il s'en est suivi certaines confusions sur le degré de leur appartenance à l'Ordre de Prémontré;

Considérant d'autre part que les conditions matérielles d'existence des dites Religieuses réclament un aménagement de leur Règle afin de leur permettre certaines activités en dehors du Couvent, capables d'assurer leur subsistance;

Ayant entendu Monsieur le Chanoine Vandewalle, Notre Vicairé Général, Supérieur ecclésiastique des Religieuses;

Ayant consulté Monseigneur Noots, Supérieur Général des Prémontrés; Monsieur l'Abbé Metton, Professeur de droit canonique en notre Grand Séminaire; le Révérend Père Van den Broeck, Prieur du Monastère Prémontré de Tongerlo en Belgique, très versé dans les Sciences canoniques;

Avons décrété et décrétons ce qui suit :

Article I. — Les Religieuses Norbertines du Mesnil-Saint-Denis sont déclarées Religieuses tertiaires régulières de l'Ordre de Prémontré, et forment une Congrégation de Droit Diocésain;

Article II. — Elles se conforment, pour la vie religieuse, aux nouvelles Constitutions que Nous leur donnons aujourd'hui et qui sont intitulées : Nouvelles Constitutions de la Congrégation des Religieuses Tertiaires de l'Ordre de Saint Norbert, dites du Mesnil-Saint-Denis.

Donné à Versailles, en Notre résidence épiscopale,
sous notre seing, le sceau de Nos armes et le contre-
seing du Chancelier de Notre Evêché, en la Fête de
Saint Joseph, le 19 mars de l'an de Grâce 1948

Par mandement :